

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

152. An Clericus in Minoribus constitutus possit exercere Medicinam sine  
alia Pontifica dispensatione? Et quid, si sit Clericus in Sacris, aut  
Beneficiariis. Ex part. 6. tr. 7. & Misc. 2. res. 50.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

## RESOL. CLII.

An Clericus in Minoribus constitutus possit exercere medicinam sine alia Pontifica dispensatione?  
Et quid, fit Clericus in Sacris, aut Beneficiarius?  
Ex p. 6. tr. 7. & Mifc. 2. Ref. 50.

Sup. hoc in  
Ref. 1. not.  
seq. & in  
Ref. 2. §.  
Hinc  
Sup hi Be-  
neficiariis in  
tom. 5. tr. 5.  
Ref. 73. §. vi.  
& ex Ref. 71.  
legg. doctri-  
nam. §. sed  
circa, & pro  
Clericis in  
Sacris ibidē  
cursum in fi-  
ne §. dicti  
& magis la-  
te in Ref. 74.  
& vide etiā  
Ref. 72.

Sup. hoc ali-  
quando in §.  
vit. Ref. 3.  
no. praeferit  
& in alto  
cius annot.

N<sup>o</sup>. I. Egatuē videtur respondendum ex Pirrho  
Sedego inuenio Doctores communiteē docere lici-  
tum esse Clericis medicare in Minoribus constitu-  
tis: securis vero si sint in sacris, vel beneficiarii. Ita  
Nauarros consil. 3, ne Cleric. vel Monach. facultar. b.  
negot. se immiscant. Graffius in descript. Rom. 1.  
lib. 2. cap. 66. num. 6. Zerola in praxi. part. 2. verb.  
Medici. Ávila d<sup>o</sup> censur. part. 7. disputat. 6. scilicet.  
dub. 10. & nouissimē Paulus Squillante de obligatione  
Cleric. part. 2. dub. 17. num. 52. Probatur ex cap. 2. de  
postular. Et quia non reperitur ei hoc exercitium in-  
terdictum: & facit textus in cap. sententiam, ne Cle-  
ric. vel Monach. eo quod prohibet eis artem Chir-  
urgi, questionem vel incisionem inducit: sed in  
physica hoc cellat: ergo, &c. Vnde ego olim con-  
sulgi Clericum minororum, qui physicam exercuerat  
tangam peritus in arte cum omni circumspetione  
& diligentia necessaria, & cum conscientiam habe-  
ret quietam, & sine temnori potuisse fine villa ir-  
regularitatis dispensatione ad sacros. Ordines assumit:  
ita tamen ut in posterum artem illam non exerceret:  
nam vi diximus, neque beneficiariis, neque sacris  
Ordinibus initiatis hoc fieri sine pontifica dispen-  
satione permisum est: Ifect aliquando non nego  
posse gratis personis miserabilibus & consanguineis  
mederi, ut obseruant Doctores penes Squillante ubi  
suprà, & docet noster Nauarros de priu. miserabil.  
person. priu. 83.

## RESOL. CLIII.

Ex pluribus rescriptis à Pontifice imperatis quod-  
nam sit praeferendum? Ex part. 8. tr. 7. & Mifc.  
1. Ref. 4.

§. I. C<sup>on</sup>sulsi in praxi sibi accidere potest, & de illo ex necotericis agit Honorius Van Axel.  
in compend. iuris Canon. lib. 1. titul. 3. num. 22. vbi sic  
ait: Rescriptum posterior derogat priori, de que  
mentionem facit cap. ceterum, §. 1. de rescriptis, cap.  
inter monasterium, de re iudic. cap. coram, de officio  
delegu. si in eadem causa ad lites impetratur, Feli-  
nus in cap. ceterum, num. 7. hoc titul. debet fieri  
mentio ne dum de primo rescripto, sed etiam de omni  
notabili clausula eius, puta quod fuerit communis  
consensu impletum, cap. ceterum, hoc titul. cap. ex  
conquestione, & ibi Butr. in 3. not. de respt. spol. arbitrio  
iudicis. Panorm. in diel. cap. ex conquestione, n. 4.  
de respt. spol. quia iura volunt de prioribus literis fa-  
ciendam esse mentionem speciale, cap. ex literis,  
de dol. & com. cap. in nostra, hoc tit. ac de processu  
inchoato, cap. inter de re iudic. & ibi gloss. Alleg. con-  
cord. cap. ut debitus, de appell. & ibi gloss. in verb. si  
dicat. Panormit. in cap. super literis in 6. reg. hoc tit.  
si impetratur ab eodem ad beneficia diuersa, sicut  
Ecclesiast. in secundo de primo, & processu ex pri-  
mo rescripto secuto, etiam debet fieri mentio, cap.  
in nostra, hoc tit. & ibi Panormit. sub num. 6. & n. 7.  
&c. alias neutrum valet, quia præsumitur imprestatte  
fraudulenter. Panormitanus in diel. cap. in nostra,  
post. num. 5. & ibi Ioannes Andreas & Butr. nisi ipse

vnum rescriptum imprestarerit per se, & aliud impe-  
trauerit eius procurator co ignorantie; quo cau-  
datur illi optio, quoniam rescripto uti vult cap. gratia,  
hoc titul., in 6. ad idem verò beneficium, ab eodem  
pluri possunt imprestari rescripta, ex post facto ad  
cautelam nulla priorum facta mentione Panormita-  
nus in diel. cap. in nostra, num. 6. cap. post electionem,  
& cap. ex parte Asten. de concessione præbend. Hu-  
cūque Honorius.

2. Sed non deserant etiam hinc apponere verba  
Andreas Vallenfis in Paratul. ad Decretales lib. 1.  
tit. 3. §. 5. num. 1. vbi ita afflet: Si duo diuersi ad  
vnum idemque beneficium rescriptum impetrant;  
vel etiam ad vnae eandem item diuersa rescri-  
pta ad diuersos iudices; posterius priori præferetur,  
si modò prioris mentionem facit: alias valebit prius,  
& posterius subrepitum habebitur, nec obtinebit  
aliquis roboris firmatam. cap. ceterum hoc titul.  
Nisi primum fuerit impletum communis consen-  
sus parum, nam tunc non valeret secundum impletum  
per alteram partem; hoc tacito, diel. cap. ceterum,  
aut nisi prius sit generale & posterius speciale, quia  
tum speciale posterius derogat generali priori, quan-  
tum ad ea, que in speciali specialiter, & contra-  
ria contentis in generali exprimuntur, vel  
in generali non exprimuntur, licet prioris men-  
tionem non faciat, cap. 1. & cap. pastoralis,  
§. quoniam, cod. tit. Idipsum obtinet quoque, si  
speciale prius fuerit impletum, quia generi per  
speciem derogatur, cap. generis, de regulis iuris in 6.  
& quia generalis dispositio, quæ sequitur, non re-  
fertur ad specialem præcedentem, i. sanctio legum,  
ff. de poni. Quod si virumque sit generale, illud at-  
tendit, quod est magis speciale. Rebuffus in diel.  
traictatu de Rescriptis, num. 104. Non mitum videri  
debet, per posterius rescriptum revocari prius: id  
enim non sit finis causa, cum quod ad precies sup-  
plicantis largitur Pontifex, sit veluti precarium quod  
jure communi ad voluntatem dantis revocari potest,  
i. ait prator, ff. de precario.

3. Quod tamen dicitur, in diel. cap. ceterum, se-  
cundum rescriptum, non habita mentione de prio-  
re, non valere, intelligendum est, si pars opponat.  
Abbas, & ali⁹ ibid. Facit cap. plurius, codem ti-  
tulo, vbi post annum valent secundæ litteræ, quan-  
do aduerlaris primis non fuit vñus: nam inde sequitur,  
non fuisse ab initio nullus. Quod si quis, im-  
petrato rescripto, videat sibi fore damnatum; non  
cogitur illud præsentare, capit. ex conquestione, de  
relixi. spol. arbitrio. Imo potest ei renuntiare, etiam  
si præsentauerit. Abbas ibidem, etiam post citacio-  
nem modò parti satisfaciā de expensis, & interessi.  
Aliud dicendum, si parti sit aliquod ius quæsumum. Et  
hæc omnia docet Vallenfis loco citato.

4. Non definam tamen hicadnotare, supradicta  
procedere in Rescriptis in quibus agitur de conces-  
sione facta per viam simplicis gratiae, sed non per  
viam commissionis à sanctissimo D. N. signata pro  
confirmatione Concordia super bonis Ecclesiasti-  
cis in forma solita, si in evidenter, aduersus eam  
opponi nequit de tali subceptione, cum in his con-  
cessionibus nil aliud moeat summum Pontificem,  
quam euidens Ecclesia vultus, tanquam causa finalis,  
& nulla alia subceptione attendi debet, si dida  
evidens vultus sollicitetur, prout in terminis summa-  
uit Rota coram Card. Setaphino decisi 443, num. 2.  
coram Card. Mantica decisi 101, num. 5. & coram  
sanctissimo D. N. in Ratematam Pineti, 23. Matij  
1607, cum aliis per Rub. in singular. Rota part. 4.  
fol. 209. num. 94. cum segment. & per Genuensem in  
praxi Archiepiscop. Neapol. cap. 90. num. 5. in fine  
vbi subiungit esse valde notandum. Quæ opinia  
matute